


FUNDAMENTVM


I. Atq̄, horum Exemplum primum, in quo nempe dantur cum dato angulo duo latera, alterum dato angulo adiacens, alterum vero eidem oppositum, aequè ac ei respondens atq̄, proximè præcedens Rectangulum per 9. commune Triangulorum Elementum, perq̄, posteriorem partem 32. primi Euclidis, facillimè quidem soluitur. Verùm enim verò cum præterea & hoc Exemplum priori Ambiguo sphericorum respōdeat, hic necessariò insuper cōsideranda veniunt inq̄, memoriam reuocanda, quæ circa dictum ambiguum sphericorum Triangulorum Exemplū præcepimus, vter nempe quærendorum angulorum acutus aut obtusus existat: id namq̄, vnà cum tribus solitis datis, seu præter tria debita data, hic etiam dari oportet atq̄, exigitur.



riorem partem 32. primi Euclidis, facillimè quidem soluitur. Verùm enim verò cum præterea & hoc Exemplum priori Ambiguo sphericorum respōdeat, hic necessariò insuper cōsideranda veniunt inq̄, memoriam reuocanda, quæ circa dictum ambiguum sphericorum Triangulorum Exemplū præcepimus, vter nempe quærendorum angulorum acutus aut obtusus existat: id namq̄, vnà cum tribus solitis datis, seu præter tria debita data, hic etiam dari oportet atq̄, exigitur.

stat: id namq̄, vnà cum tribus solitis datis, seu præter tria debita data, hic etiam dari oportet atq̄, exigitur.

II. Secundum verò Exemplum Obliquangulorum, quando nimirum cum dato angulo vtrumq̄, crus dati anguli, seu ei vtrumq̄, adiacēs latus datur, soluitur vel absq̄, dimissa è vertice in oppositam basin Trianguli Recta perpendiculari, per præmissum postulatū ad vltimum Triangulum Obliquangulum sphericum: vel adminiculo dimisse perpendicularis.



Eaq̄, perpendicularis in hoc Exemplo Astronomicè seu adminiculo sinuū inuestigatur, aequè ac in Obliquangulis sphericis obiter de planis mentio facta, atq̄, à nobis indicatum est: ideoq̄, repetitione non opus erit.

III. Vltimum deniq̄, Obliquangulorum planorum Exemplū, vbi videlicet ex datis omnibus lateribus sunt inuestigandi anguli, absq̄, dimissa perpendiculari solui omnino non potest: prætereaq̄, illa dimissa perpendicularis hic non aequè ac in proximè præcedente, (cum nimirum hic nullus detur aut notus sit angulus) Astronomicè seu adminiculo sinuum, sed maiore quidem laboris tadio Geometricè inuestigari poterit: id autem quomodo, triplici ratione ac via Geometricà à modo indicare visum est. Inuentaq̄, per vnamlibet harum rationum perpendi-